

Conciones, Siue Conceptvs Theologici Ac Praedicabiles, In Omnes Totivs Anni Dominicas

Opvs Novvm Figvris, Allegoriis, Similibvs Ex Sacris profanisq[ue]
Scriptoribus pleniſimum, cum occurrentium fidei controuersiarum
tractatione.

Jn Omnes Totivs Anni Dominicas Æstivas, à Festo Pentecostes vsque ad
Aduentum

Besse, Pierre de

Coloniae Agrippinae, 1620

Dominica XVIII. Post Pentecosten.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56306](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-56306)

*3. Sent.
diff. 27.*

bis amissa esse, nullamq; beatitudinis spem superesse.

Conemurigitur, Christiani, hanc animo virtutem insculpere, quæ nihil est aliud, vt Doctores aiunt, quam amor & dilectio, qua Deus diligitur propter se, & proximus propter Deum. Studeamus hanc virtutē obtine-

Aug lib. 18. re, cui nulla nec in cœlo nec in terra par haberi potest, nam vt Augustinus ait, Charitas est donum Dei, quo nullum est excellentius.

Bern. serm. Contendamus hanc parare, quæ sicut aurum omnia superat metalla, & oleum omnibus supereminet liquoribus; sic omnia bona mundi excedit: studeamus, obsecro, hanc luctari, quæ ex hominibus Angelos & Deos reddit; scribit enim Augustinus: Quicunq; secundum regulam vera caritatis viuit, non homo vel Angelus, sed Deus censendus est.

Deniq; demus operam, demus inquam, vt Deum ex toto corde diligamus, & proximum sicut nos ipsos, cum ab illo tota lex & Prophetæ dependant.

Hanc obsecro, omnipotens & æterne Deus, gratiam nobis præsta; fac quæso, vt te ex toto corde, tota anima, tota mente, & totis viribus diligamus: totum te corde creatorem; anima, vt Dominum; mens, vt Deum; vires deniq; totæ, vt beatitudinem suam diligent. Et est sane rationi consonum vt hoc modo diligaris: cum enim tu cor creaueris, id tibi totum offerendum est, cum etiam animam creaueris, totam eam tibi dedicare par est: cum menti & inrellaclui esse dederis, vt te penitus etiam cognoscat necesse est; cum denique ipsi vires nobis concesserit, æquissimum est, vt tuo obsequio amoique omnes etiam impendantur. Ad hoc scilicet lex, Religio & natura ipsa nos obligat. Frustra alioquin homines, frustra Christiani diceremur, frustra denique fidem nocti essemus, si re post rot prægnantia præcepta diligere detrectaremus. Deinde quoque necessarium est, vt post te, proximum amemus, sicut nos ipsos, ita nempe id fieri iubes, ita censes & præcipis, nos quoque id ipsum facere decreuimus, modo gratiam concedere digneris. Scimus enim à duobus illis præcepis vniuersam legem & proprietas, atque

omnem nostram beatitudinem dependere, ad quam nos deducat Pater & Filius & Spiritus Sanctus, Amen.

DOMINICA XVIII. POST PENTECOSTEN.

Partitio:

- I. Dignitas & vis fidei quantitas sit.
- II. Quid patria, quid cognatis debeamus.
- III. Oblatus ager quorum nos morent.
- IV. Baiuli & iuria quorum.
- V. Qualis fides proficit.
- VI. Qualis moribus sit & consuetudo.
- VII. Qualis remissio & iustificatio.

Ascendens Iesus in nauiculam transfretauit, & venit in ciuitatem suam; & ecce offerabant ei paralyticum iacentem in lecto. Matt. 9.

F I G V R A.

ARCA Testamenti veteris cum ē Cas. 2. Reg. 8. triathiarim, triginta hominum milibus stipantibus, in domum Obedem Levitæ Gethæ venisset, vniuersæ familiæ benedixit, & variis donis ac beneficiis domesticos omnes cumulauit. Hoc non nisi figura fuit veritatis, quam hodiernum Euangelium continet. Videte enim, vt Iesus Christus vera illa arca Testamenti noui, ē Iuda, turbis comitantibus, in domum cuiusdam Capharnaïtæ veniens, eandem beneficia cumulauit & benedictionibus cœlestibus repleuit, in eadem Euangelio predicit, peccata dimittat, & paralyticu sanitatem conferat. Ecquænam Deus bone beneficia! sed ecquæ etiam materia quam huius horæ spatio vobis audientibus deducam! Hoc itaq; intendo, modo Spiritus Paracleti affulget auxilium, & virgo Deipara precibus ad filium profusis mihi gratiam impetrat. Quamobrem angelica eam salutatione compellemus:

A V E M A R I A.

Constantinopoleos deçus. Ioannes cognomen:

gnomento Chrysostomus, fidēi Catholicæ excellentiam dignitatemq; dum secum per-

Sup. Matt. pendet, quodam loco ait, *Fides religionis Catholica culmen est anima, omnium vita eterna, & totius veritatis stabile fundamentum.*

lib. de fide ad nat. Huius etiam præconem agens Augustinus

inter cetera dicit, *Fides est omnium bonorum fundamentum, & humana salutis initium.* Evidem post duo illa vniusque Ecclesiæ lumina, fidem altius extollam, dicamque q; inter planetas sol est, inter elementa ignis, inter gemmas adamas, inter metalla aurum hoc inter dona & charismata coelestia fidem esse: ipsa est etiam diuinus ille thesaurus in Ecclesiæ agro delitescens, quem qui se-

Math. 13; melinuerit, vendit ac distrahit omnia que in mundo possidet: est quoq; illa fax super-

Exod. 25; naturalis, quæ vbi semel in animo accensa

Zachar. 4; fuerit, nunquam extinguitur, tantumque

Fides can- splendorem & radios ita lucidos, circum-

delabro undiq; ejaculatur, ut conspicere etiam me-

tur, quæ alioquin sub oculum non ca-

zuo si- dunt. Est deniq; candelabrum illud aureum,

miliis. quod in exodo Deus fieri præcepit, quodq;

Propterea illud Zacharias in septem lucernas distinctum,

& in templo collucens vidit. *Et ecce candela-*

brum aureum rotum, & lampas eius super ca-

put ipsius, & septem lucernas eius super illud, &

dua clavis super illud, una à dextera lampadis,

& una à sinistra eius. Quid significare putatis candelabrum illud in septem lampadas distinctum, & duobus seruis redimiculum; aliud profecto nihil quam fidem; quæ in-

star auri in medio Ecclesiæ resplendet, &

septem sacramenta, quæ septem illis lu-

cernis similia esse asserto, continet, & caritate ac-

spe velut duabus oleaginis coronis redimi-

ta est fides; adhuc scientiarum omnium re-

gina est, sine qua nihil scimus, & cum qua-

scimus omnia. Et sane Glossa ordinaria su-

per verba illa Proverbiorum: Multa filie

congregauerunt sibi diuisas, tu vero super-

gressa es vniuersa; commentans ait; *Om-*

nnes sunt quasi diuisia quadam, Scientia vero

fidei omnes diuisias scientiarum supergredi-

tur. Ipsa quin etiam minutum illud vidua

est, quod in templi Gazophylacium conie-

ctum, & Deo à paupercula quadam anima

oblatum, pluris sit maiorisq; meriti cense-

rebus no-

nioribus procedere solent, carumque funda-

menta sunt, principia maxime vniuersalia;

7. Meta-

& propositiones notiores, in 7. Metaphys. phys. 3. de

& alibi tradit Aristotleles: Scientia à nono- anim. 1.

ribus procedit. Atqui fides nullam aliam cau-

Phy. lib. de

sam agnoscit præter Deum, ne veilla prius sensu &

cipia aut fundamenta, quam primam illam sensato.

veritatem & reuelationes diuinias. Cum i. Lib. I. de a-

gitur causa nobilior, iuxta Philosophos, nima. & li-

nobiliores etiam effectus producat, & fidei de causis.

tur, quam omnes oratorum Philosopho-

rumq; mundi huius scientiæ.

Adeo ut omnes proptermodum Theologi Fides alias Scholastici in primum sentent. fidem certe scientias ris scientiis præclaris tum dignitate tum supergre- excellentia præcellere, dicere non vereantur, tur, fundamento illi Aristotelis potissimum innixi, dicentis, scientiam ac disciplinam illam ceteris nobiliorem esse, cuius subiec- tū est nobilis: at nullum fide subiec- tum dignus; Rheticæ namque subiec- tū est compōstæ & ornatæ dicere, Dia- Lib. 8. To- lekticæ scite & recte argumentari, Physicæ pic. lib. 2. corpus naturale, Mathematicæ quantitas, de anim.

Metaphysicæ ipsum esse: at Deus & vni- versita diuinitas unicum fidei subiectū est.

Hinc Augus. asserit, fidem virtutem quan- dam esse, quæ pure & simpliciter à substan- tia quadam diuina procedat; denique om-

nium Doctorum ea est opinio, fidei scien- Li. de Trin. tiam ceteris omnibus dignitate præcellere, cap. 2.

& longe etiam certiore & irrefragabilior- rem esse, quod præalis in Summa docet & 2.2 q. 4. art. 2.

adstruit Angelicus Thomas.

Quonobrem hoc fixum & firmum ha- beatur fidem alii omnibus scientiis cer- titudine & irrefragabilitate præstare; quod hac ratione confirmo: quod cuiusdam pri-

mae & increatae veritatis lumine cognosci- tur cerius ac firmius est, eo quod lumine ac ductu veritatis creatæ percipitur. Porro

quidquid per fidem cognitum habetur, in Dei schola addiscitur, & per veritatem quan-

dam primam & incretam; fides enim, ut in libro Sapientiae legere est, à Deo infundi- tur, & cælitus descendit, fidei igitur scientia omnibus aliis certior, & de qua minus du-

bitate liceat.

Secundo: naturales scientiæ è rebus no-

nioribus procedere solent, carumque funda-

menta sunt, principia maxime vniuersalia;

7. Meta- & propositiones notiores, in 7. Metaphys. phys. 3. de

& alibi tradit Aristotleles: Scientia à nono- anim. 1.

ribus procedit. Atqui fides nullam aliam cau-

Phy. lib. de sam agnoscit præter Deum, ne veilla prius sensu &

cipia aut fundamenta, quam primam illam sensato.

veritatem & reuelationes diuinias. Cum i. Lib. I. de a-

gitur causa nobilior, iuxta Philosophos, nima. & li-

nobiliores etiam effectus producat, & fidei de causis.

causa omnium nobilissima sit, sequitur etiam ceteris præstatiorem ac digniorem esse.

Tertio. Quidquid testimonio & confirmatione Spiritus sancti scitur, certius est eo quod per creaturas cognoscitur; ceterum quidquid per fidem cognoscimus, Spiritus S. testimonio cognitum habetur. vnde Apostolus ad Romanos, *Iose Spiritus S. testimoniū reddit spiritui nostro, & ad Thessal.*

Rom. 3.

1. Thess. 2.

prima, *Cum acceperitis a nobis verbum, acceperitis illud nō ut verbum hominum, sed sicut verbum Dei.* Quamuis autem ea quae per fidem cognoscimus, nulla naturali demonstracione cognoscamus, tamen quoniam supernaturali cognitione ea edocentur, multo de iisdem quam de aliis certiores sumus; quod à doctore tum certiore tum peritiore eradantur, vt pote Spiritu sancto, de quo dicunt; *Spiritus veritatis ipse vos docebit omnia.*

Hinc audacter infero, minimum fidelium, quamvis in ceteris scientiis humanis stupidissimum sit corā Deo doctiorem maioriq; cognitione præditū censeri, quā omnes mundi Philosophi, qui vera fide destituti sunt. Quo spectat & versus ille proverbialis.

In 3 sent.

dīst. 23. ar.

1. qd. 4.

In senten-

cis.

Virtus &
potentia
fidei na-
toriae po-
tentiam

Qui Christū bene fecit, sati sū si cetera noscet. quo etiam respiciens S. Bonaventura scribit: *Melius est vel modicum de Deo scire, quam omnium coelestium simul & terrestrium notitiam habere.* Hinc bene exclamat Augustinus: *Nulla maior virtus fidei, nulla maior scientia, nulli maiores thesauri, nulla maior excellentia & dignitas in praesenti vita innunivari potest.* Non minora in eam congerit encomia mellifluus Bernardus, dicens: *Nulla maior nobilitas, in mundo, quam nobilitas fidei Christiana, que animam sic nobilem facit & sublimat, ut etiam digna sit sedere à dextris virtutis Dei.* Quin & in Danielem commentatus, hanc illius nobilitatem maioribus celebrat præconiis, fides, inquit, attingit inaccessa, comprehendit ignota, comprehendit immensa, apprehendit nouissima, transgreditur, humana rationis fines, ac natura vsū ac terminos experientia.

At non modo magna fidei dignitas & excellentia est, sed maior etiam eiusdem virtus & potentia: omnem siquidem potentiam naturalem superat; quod ita probō: fieri non potest, ut quispiam, quibuscumque

tandem viribus & industria naturali contranscur, aquis inambulet, & ferrum plumæ in-
star vndis innatet; illud tamen fides Petri, hoc vero Elisei effecere. Deinde nemo na-
turali sua virtute soli, lunæ, stellis imperare
poteat aut in medio cœli axe cursum eorum
sistere & præcipitem impetum sine vi.
lo terum inferiorum dispendio, & totius
mundi machina dissolutione, interrumpe-
re; ait enim Aristoteles motum solis gene. *Lib. 1. li-*
rationis & corruptionis omnium esse cau-
genitam: magnus tamen Israelitarum ductor
Iosue unico verbo solem sistit, & lunæ im. 10. 10.
perat, ne cursum præcipiteat, sed suspen-
deretur & noctis vnius pataretur dilpen-
dium, die ad horas prolato: sol contra Gabao-
nitas ne mouearis.

Tertio naturæ vires superat, efficere, ve
ignis vrat, calorem exuat, qualitatem com-
busibilem & actionem depalitiam amittat, de quo etiam Aristoteles scriptit: *agens 7. Physi.*
naturale agit necessario, ut ignis semper califa-
Dan. cit: veruntamen apud Danielem legere est
ignem in fornace Babylonica non artifile, &
fidei iussi obsequendo ardorem & calorem
suum rabiemque exuisse.

Quarto, Physice nemo & naturaliter
montes transferre potest, aut cogere illos
loco cedere, nihil quippe præter naturæ
suæ ordinem agere potest, aut nouam actio-
nem assumere: ait enim Aristoteles: *nihil 1. Physi.*
agit contra naturam suam. Ceterum mon-*Arist. lib. 4.*
tum natura grauis ac ponderosa est, & o-
mnia quæ grauia sunt semper deorum ver-*Matt. 21.*
guunt, atq; ideo loco moueri, & in aliū trans-
migrare nesciunt. Christus tamen apud
Matt. ait: *Quod si habueritis fidē, dicitis mon-*
ti, quod proierat se in mare, & obediet vobis.

Paucis vero ut complectar, omnes na-
turæ vires quamvis maxime intendantur,
dæmones profligare ac loco pellere neque-
unt; ait siquidem de illis Iob: *Non est potestis 1ob. 4.*
super terrā, qua comparetur ei, qui factus est, ut
nullum timeret. Marci tamen ultimo legitur,
fide eos pelli. præterea omnia naturæ reme-
dia nullum morbi genus quod reuera incu-
rabile sit, sanare queunt, ut cæcis visum, au-
ditum surdis, gressum claudis, leprosis sani-
tatem, paralyticis membrorum ylum red-
dere;

Matt. 11
Propositio
dictionis.
d.
fr.
s.
1.21.
Cur Ca-
pharnaum
patria Chri-
sti appella-
tur.
Matth. 4.

dere; hæc tamen omnia præstat fides; Vnde de illius excellentia ac dignitate facile diuidare potestis, *Ceci vident, claudi ambulant, leprosi mandantur.* Hodie quoque in Euangelio prodigiosam paralyticos curationem legimus, sed si dei meritis imperataam, dicit quippe textus, *Videns autem Iesu fidem illorum, dixit Paralytico, confide fili, remittuntur tibi peccata tua.* quam materiam ut methodice deducam, primo de iis qui Christo paralyticum offerunt, ac de aliis eiusdem rei circumstantiis; deinde de prodigiosa paralyticorum curatione loquemur.

Christus igitur cum nauigio mare Galilææ transfretat, in quo horrida illa tempestas, quæ Apostolos maximopere consternauit, accidit, & in terram Gerasenorum peruenisset, & ægros aliquor sanitati restituisset, iterum mare confundit, in Galilæam reuersurus, ac deinde Capharnaum venit, ubi domum cuiusdam ingressus paralyticorum membrorum sum reddidit: at tanta tamque densa eum turba sequebatur, ut domo completa & area interior homines non capiente, medico æger offerri non posset: quomobrem necesse fuit, per teatum illum funibus in grabato ante medici pedes dimittere, ut eum omnipotenti sua dextra tangere, de sanitati restitueret.

In ipso Euangelii limine dubium occurrit, quod antequam prouehamur ulterius, dissoluimus. Quidquid hic factum audis, in Capharnaum rive maritima, in tribu Zabulon & Nephthalim sitæ, Galilææ totius metropoli factum constat: sed cur hæc ciuitas Christi dicta est? primo quod totius provinciæ caput & metropolis foret, deinde quod Christus in eadem educatus esset, ac toto propemodum viæ spatio ibidem habitasset, ut docent Chrysostomus ac Lyranus. Tertio, & quidem aptius quod, teste Matthæo, relicta Nazareth, in Caphernaū habitatum venisset. Re idæ, inquit, ciuitate Nazareth, venit & habitauit in ciuitate Capharnaum. Augustinus, Beda, Strabo, Hugo, & Lyranus ideo illam Christi patriam vocitatem credunt, quod totius Galilææ metropolis esset, & à qua Nazareth Christi patria dependeret quemadmodum Roma-

nus appellatur aliquis, non quod Roma oriundus sit, sed alio in loco, qui Romano imperio & ditioni subiectus sit. Chrysostomus, Theophylactus, Euthymius hoc illam appellatam nomine credunt, quod Dominus saepius ibidem ageret, & ut plurimum habiteret. Tres quippe ciuitates habuisse dicitur Bethleem imprimis in qua natus; Nazareth, in qua educatus; Capharnaum denique in qua commoratus. Audite verba Chrysostomi, propriam hic, inquit, ciuitatem eius Capharnaum appellavit, Bethlehem enim ipsum tulit, Nazareth educavit, sed Capharnaum proprium ipsius erat habitaculum.

Sed quidquid de rei veritate sit, egregium hic diuinæ sapientiae argumentum notandum occurrit; filium Dei scilicet in suos prius ciues se, quam in alios benignum ac liberalem demonstrasse. Quamvis enim Christiana charitas omnes respiciat, & erga quoslibet exercenda sit, in consanguineos tamen & notos prius, quam in alienos & ignotos. Quo respiciens tacite amans illa sponsa in Canticis ait, *Introduxit me rex in cellam vinariam, ordinavit in me charitatem.* Ordo autem charitatis est, ut nostros, id est, propinquos & amicos prius, quam alienos complectamur. Is scilicet & charitatis tum naturæ ordo est. Nam agentia naturalia in proxima semper & vicina, primo naturalia virtutem suam & effecta exerunt, ac deinde in vicina paulatim ad remotiora delabuntur. Verbi primo a gratia, ignis citius calefacit & adurat eos qui eidem vicini sunt, quam remotos & distantes. Quo naturali exemplo doceatur Christianæ dilectionis ignem, propinquos & consanguineos præ aliis ignotis, benefacendo calefacere debere. Quomobrem sapiebat Apostolus, cum Isaelitarum, è quorum semine prognatus erat, damnationem præ aliis (licet nulium, etiam maxime impium, in interitum ruere vellet) singulare quadam ratione deploraret, ingemisceretque si quem illorum legi Euangelicæ refragari cerueret; ait enim, *Veritatè aucto in Christo Iesu, nō mentior, quoniam tristitia mihi magna est, & continuus dolor cordi meo; optabam enim ego anathema esse à Christo pro fratribus meis qui*

Hom. 30.

in cap. 9.

Matthæi.

II.
Carietas in
patriam ex
ercenda,

Cant. 2.
Agentia
naturalia in
proxima semper &
vicina, primo
naturalia
virtutem suam &
effecta exerunt,
ac deinde in
vicina
paulatim ad
remotiora
delabuntur.
Verbi primo a
gratia, ignis
citius calefacit &
adurat eos qui
eidem vicini sunt,
quam remotos &
distantes.
Quo naturali
example doceatur
Christianæ
dilectionis
ignem, propinquos &
consanguineos
præ aliis ignotis,
benefacendo
calefacere
debere.
Quomobrem
sapiebat
Apostolus,
cum Isaelitarum,
è quorum
semine
prognatus
erat,
damnationem
præ aliis
(licet nulium,
etiam maxime
impium,
in interitum
ruere
vellet)
singulare
quadam
ratione
deploraret,
ingemisceretque
si quem
illorum
legi
Euangelicæ
refragari
cerueret;
ait enim,
*Veritatè aucto
in Christo Iesu,
nō mentior,
quoniam
tristitia
mihi
magna
est,
& continuus
dolor
cordi
meo;
optabam
enim
ego
anathema
esse à
Christo
pro
fratribus
meis
qui*

Rem. 9.

funct

*sunt cognati mei secundum carnem, qui sunt
Israëlis. Caritas siquidem docet & urget, ut
de nostratum primo, deinde de externorum
salutelaboremus.*

*Sol primo
solitus
iuos com-
municat
rebus vi-
cioribus.*

*Sol ille mundi oculus, dei princeps &
astrorum rex, prius lumen suum & influxus
planetis qui circum illum commorantur co-
municat, quam rebus his inferioribus, quo
Philosophico a photismo eruditum, si modo
solem imitari, & caritatis iura seruare veli-
mus, amoris nostri & affectus operationes
prius erga vicinos, & affines & nosos, quam
in alienos & incognitos declarando.*

Luc. 4.

*Iudei cum olim Domino vitio verterent,
quod apud alios in miraculis patrandis effu-
sus esset, & prodigus, nullū vero apud suos,
aurarū quodāmodo, ederet, dicebant. Quā-
ta audīimus facta in Capharnaūm, fac & hic
similiter in patria tua. Quāli dixissent, quis
ille tuus agendi mos est, magister? ut nimirū
alienos complectaris, tuos vero ciues negli-
gas & quodāmodo contemnas? ut Caphar-
naūm miraculis tuis illustres, patriam vero
tuam Nazareth ingloriam iacere sinas, nullo
ibi miraculo patrato? sensus Iudaicæ huius
reprehensionis ostendit, propinquus prius
quam externis caritatēs declarandam.*

Dan. 4.

*Quis suis
benefici
non sunt,
vita sunt
indigni.*

*Arbor illa Nabuchodonosor, que nō suis
sed bestiis sub illa pascere solitis, fructus pro-
ferebat, quam primum deiecta & excisa fuit:
quo edocetur; illos qui opibus abundant, &
tamen parentibus, & consanguineis easdem
non communicant, sed in bestias, id est, ca-
nes, equos alienos, & meretrices effundunt,
vita indignos esse atque in periculo versari
ne deiificantur, & diuinæ iustitiae securim ex-
periantur.*

Matt. 15.

*Mulier illa Chananæa, filia, quæ à dæmo-
nio diexabatur, sospitatem depositus, & en-
nixissime efflagitans, tandem tacite impor-
tunitatis accusata, à Domino audiuit, Non
est bonum sumere panem filiorum & dare cani-
bus. Id est, Aequumne putas, aut non potius
indecens, me Iudeis, qui filii mei veterini
sunt, & quorum ego pater miraculorum pa-
nem auferre, quo Chananæos, qui canes
sunt, & bestiarum ritu vivunt, eodem pas-
cam ac reficiam? Illi porro filii panem au-
ferunt, quo canibus illum tradant, qui in*

*externos caritatem declarant, propinquos
vero suos pertransiunt; quos Christus tan-
dem aliquando hoc nomine reprehendet.*

*Vidua Sareptana cum ab Elia propheta,
sui ut miseretur, & fame propemodum e-
necto, panis buccellæ elargiretur; paupert-
atem suam quam primum p̄texens, ait, Vi-
tus Dominus Deus tuus, quia non habeo panum; R̄g. 1.
nisi quātum pugillus capere potest farina in hy-
dria, & paululum olei in lecytho; en colligo duo
ligna ut ingrediar, & faciam illud mihi & fi-
lio meo, ut comedamus & moriamur. Peinde
ac si diceret, Adhuc tibi Dominus vir Dei, e-
quidē hocce tempore tibi op̄itulari nequeat;
paux illum enim illud alimenti quod habeo
mihi ceder, & filio; neq; enim & quum est fi-
lium meum ut deseram, quo tuæ necessitatib;
succurrām, tuæ inquam, quem nunquā prius
mihi videre contigit, ac ne de facie quidem
noui. Quo efficere volebat, charitatem exi-
gere pius ut nostratis, quam alienis & ex-
ternis succurrāmus.*

*Paupercula illa Prophetæ cuiusdam vi-
dua, quam quotidie creditores solcite &
importune ob debita coniugis diexabant,
cum oleum Dei permisit & Elifaz intercel-
sione ex crescere, primo vas domesticæ, ac
deinde vicinorum repleuit; & sane quod
notatu dignum, quam primum ut mutuo
vicinis sumta replere desit, non legitur o-
leum amplius extenuisse. Quo mysterio e-
docebatur, caritatis oleum prius in parentes,
affines, amicos, propinquos, domesticos ac
familiares, ac deinde siquid superfluerit, in a-
lios effundi debere. Atque simul hic nota-
num est quam primum ut benefacere & op̄i-
tulari, proximis cessamus, oleum charitatis
in animam nostram non amplius redun-
daturum.*

*Quamdiu Abraham Patriarcha illiberis Ḡ. 15.
fuit, non mediocriter cruciabatur, quod
externis laboraret, & hærede carceret, in
quæ hæreditas, bona, facultates, opes
deuolerentur; quamobrem lachrymas
dicebat & gemens: Ego vadam abh̄ quilibetū,
& filius procuratoris domus mea iste Dama-
eus Elieser. Addiditque Abraham, mibi autem
non dedisti semen, & ecce vernaculus meus;*

hære

heres meus erit. Id est, Rationi nequaquam consonum est Domine, ut illa, quæ tanto sudore quis parat, spe quadam animatus filii illa suis relinquere, in seruorum & alienorum manus deuoluantur; repugnat quippe leges charitatis & iura naturæ. Quamobrem liberos mihi clargire Dominem, ut illi omnium facultatum mearum herades sint & legatarii. Atque hinc infero, propinquis & affinibus prius esse succurrentum, quam externis nulloque sanguinis, affinitatis aut amicitiae iure coniunctis. Idcirco Dominus hodie patriam ingressus miraculum illud patravit, & paralyticum sanctati restituit.

III.
Insignes considera-
tiones.
4 Reg. 5.
Lib. 14 de
republ.

Et offerebant ei paralyticum. O singularem & insignem oblationem! Tria hic anima mea, in paralyticu huius oblatione nota da veniunt. Primum scilicet, quod cum tanta populi multitudo conuenisset, ut bani qui paralyticum hunc deferebant, ad Christum accedere non potuerint, quo cum coram sanaret, rectum domus alterius frangere; regulas auferre, & funibus eum demittere non dubitarint, & proximo damnum inferre, quo paralyticu sanitatem impetrarent. Insignis profecto charitatis actus, & egregium documentum, quo docemur, nullis parcere sumptibus, nullas expensas subterfugere, imo quævis periculo expone re, quando de sanitate proximi & de animæ eius salute agitur: illa scilicet ebus omnibus anteponenda est.

Naaman præfectus castrorum regis Syriae, quo sanitatem corporalem obtineret, regiam aulam deferuit, palatio suo exiuit, eque Syria in Iudeam descendit, & decem talenta argenti, sex millia aureorum, & decem muratoria vestimentorum secum tulit. Quo edocere gentilis ille evoluit, ad sanitatem recuperandam nullis esse sumptibus parcendum ut qua nihil sit vel haberi possit pretiosius. Adeo ut teste Platone, nonnulli Philosophi summum in ea bonum ac felicitatem existimarent. Et sane Lucianus & ex eo Cælius Rhodiginus tradunt Pyrrhum Epirotatum regem, qui diuturno bello Romanos lacessivit, diis victimas & holocausta maestantem nihil

Tom. 2. Part. Æstina.

aliud ab iis petere solitum quæ bonam valetudinem, non vero opum incrementum, latiores regni terminos, & inservientiores de hostibus victorias; habita enim sanitatem & valetudine, omnia se habere credebat, hac vero si careret, vitam ipsam non vitam, sed morte acerbiorum, existimabat.

Secundo nota, mundum hodie aliud nihil Deo offerre quam paralyticos, pec catores, ægros, si quæ enim in familia sit deformis, claudicans, gibbosa, aut monstro similis, in monasterium illa detinenda est: si quis inter filios bardus sit aut stupidus vel obtusoris ingenii, qui nullam sui ipem exercitat, maculam autem vel nænum præferat, denique qui paralyticus sit, ordinibus sacris adiudicatur. O tempora, o mores! Mundus Mundus, quod ceteris est deterius, Deo offer fert, meliora reseruat sibi: sanos inquam in collatus geniosos & exercitatos sibi retinet, ægrotos, claudos, paralyticos, id est, ignaros & asinos consecrat Deo.

Quapropter non erravero, si mundum profano Caino esse dixerim permisilem, qui Deo morbias, tussientes & macilentas oves è grege offerebat, - pinguiores vero & meliores sibi reserubat. Is igitur pater familiæ Cain quidam est, qui ex uniuerso familia sua grege, macilenterissimum, stupidiuum, vel etiam deformissimum Deo in sacrificium offerre conatur, id est, ad ordines factos illum ingenerare vel in monasterium aliquod compingere; optimos vero, pinguisimos, & optimo & felicissimo ingenio donatos sibi reseruat, ut in mundo eos profanos reddat.

*Sodomorum Rex cum Chodorlahomor regem Elamitarum bello superasset, & victriciam amplissimam retulisset, Abraham partem spoliorum postulanti ait, *Dæ mihi animas*, id est, homines, (anima enim pro homine capit) *cetera tolle tibi*. Versurus ille sibi postulabat dari viros belliperitissimos & strenuissimos, asinos, equos & alias bestias Patriarchæ cedit. Idem facit & mundus nam in dividendis spoliis egregios & cordatos sumimque ingenii ad-*

Qq

fescen-

Iesc̄tes sibi sumit, Dei vero asinos & stupidos reseruat, & nonnisi paralyticos offert.

Exod. 19.

- Legem Moysi Deus cum daret, omnem bestiam monte voluit abesse: Bestia qua tergerit montem, moriatur. Religiosus est Ecclesiasticus status, montis cuiusdam ac perectionis speciem refert, in quo diuina lex traditur, & mysteria communicantur, ad quem bestias nisi vita adire periculum velint, nefas est accedere, ignaros inquam & imperitos, nullaque rerum cognitione aut scientia ornatos: qui vero se se ingerere præsumperint præsens adeunt periculum, & diuinam indignationem prouocant. Miphiboseth regio prognatus stemmata, Saulis nepos ē Ionatha sed claudus, & paralyticus, audito Dauidem omnia paterna bona illi velle reddere (*ne timias quia faciens faciam misericordiam propter Ionatham patrem tuum, & restituam tibi omnes agros Saul patris tui, & iucomedes panem in mensa mea semper*) ad pedum defectum respectu habitu, tantis beneficiis indignum pronuntiavit, dicens *Quia ego sum seruus tuus, quoniam respixisti super canem mortuum similem mei: Docemur hachistoria, illos qui ad dignitates Ecclesiasticas euocati sunt, cum quo ad ingenium paralyticum sint imperfectionibus suis ob oculos habitu, excusare se debere, ac proinde se tantis oneribus indignos pronuntiare; sed pro dolori Eos praeceteris mundus eligit, & beneficiis Ecclesiasticis adplicat, ad honores sublimat, Deo deteriora melioribus sibi referuntur, offerendo.*

2. Reg. 9.

Mundus
contrarius
bono no-
stro pro-
posito.

Psal. 54.

Terro notandum hic est, ob tuibam & confitam hominum multitudinem fieri, quo minus paralyticus hic Domino sisti queat, & sanitatem recuperare: *Et non inuenientes, quia parte illum inferrent praeturbam. Mundus scilicet & prauorum hominum contubernium semper impedimento sunt, quo minus bonum operemur, & promptam nostram ad virtutem propensionem elidunt & euerunt: quare quicunque bona aliquid lucrari & meritum sibi comparare desiderat, ē mundo se subducatur necesse est.*

Ita fecisse se ostendit Dauid rex, cum enim perspectum haberet, quaata in mun-

THEOLOGICI

do & in tumultibus sæculi pericula occurrant, alas exposcit, & in auem conuerti deliderat, quo ē mundo quamprimum se proripiat: *Quis dabit mihi pennas fiscus columba, & requiescam.*

Quotnam Deus bone, paralytici, quo morbi, quot cheu peccatores a mundo impedientur, quo minus ad Deum accedant, ut ab interna anima paralysi carentur? at quoniam potius sunt, qui in negotiorum sæcularium tumultibus & conferta mundanarum sollicitudinum turba suffocati expirant quod historia ē Regum libris deponita manifestum reddet. Cum Samaritæ, Assyriorum spoliis opusli redirent, tanta hominum, in porta urbis suis constipatio, ingredi gestuentium, ut regis præfectus, ad turbas compescendas destinatus, à multitudo obtritus fuerit & suffocatus. Quotnam cheu lduces, quot generosæ animæ in hoc mundo, vel Ecclesia potius constituta ad populi regimen, ac rerum publicarum directionem, mundanis turbis oppresæ, & obruta negotiis, expirant. Mundo exeat ergo qui vult esse pius, ac vitam honestam ducre: Mundus quippe nebula est, quæ omnes nostros conceptus dissipat & destruit, & animam intrinsecus variis negotiis inuoluit, cum præsertim virtutis iter nos videri insistere, virtutem emendationem conceperet, & captum viitorum tramitem velle deferrere.

Pharao videns Hebreos in Ægypto detentos vero Deo suo victimas immolare velle, ita eisdem negotiis obruere voluit, nullum ut illis etiū suppiceret aut tempus, quo de Deo sacrificii que cogitarent, credebat nempe ab otio & quiete, sanctas illas cogitationes preficisci, *Vacatis inquit, otio, & idcirco dicitis, Eamus & sacrificemus Domino. Itē ergo & operamini, pale non dabuntur vobis, & reuelatio coniunctum numerum laterum.* Verus quidem Pharao mundus est, qui cum videt, nihil præter diuinū obsequiū nos spitere, vitam in melius cōmutare, mores componere, pœnitentiam cogitare, & cor nostrum D e o in sacrificium offere; tunc nos occupat, negotiis oblitus, & sexcentis animam curis & anxietatibus grauat.

līrācē

Ebd. 14. Israelitæ dum se in libertatem vindicarentur, in patriam reuerti & vincula dirissimæ captiuitatis disrumpere conarentur; tunc etiam hinc Pharaon exercitum cogere, copias in aciem producere; illinc vero celsa montium cacumina & rubri maris gurgites sele opponere; adeo ut quo se verteret, aut quod iter insisteret, populus nesciret, ac denique nullus effugii locus esset. Docet hæc nos allegoria mundum, quoties pī illius tyrannidem fugere, vanitates deserere, & negotiis sacerularibus le eximere gestiunt, tunc econtra occupationum agmina oppone, montes impedimentorum obiiceat, tunc rubra sollicitudinum maria assurgere, quæ cursum retardant, bonos conceptus elidant, & propositum euertant. Denique mundus semper impedit, quo minus anima Deum accedant, quo a paralyti sanentur. Atque hac occasione Euangeli, quod videam præ turbis paralyticis huius baiulos Christi accessu arceri.

IV. *Et offerebant ei paralyticum.* Verosimile est, paralyticum hunc diutinem & opulentum fuisse, quod plurimos illius obsequio videam occupatos; tum in deferendo, tum vero in domo aliena dirupto recto deuastanda, in quo non modicum inquilino damnum inficerant. Sed nouerant, eum cuius causa hæc omnia fiebant, damnum si quod inficerant, facile resarcire posse. Atque hoc inde colligo, quod alius ille paralyticus, de quo in Ioanne mentio, qui triginta & octo annos paralysi diuexatus fuerat, ab hominibus derelictus, hominem non haberet, qui in piscinam illum mitteret, *Hominem non habeo, qui me mittat in piscinam.* ac hic quatuor seruos habet, qui quocumq; eum deferrunt, adeo ut ad domorum etiam fastigia & testa non grauentur, quo cum ante Christi pedes demissum constituant.

Pastorum cura grauis. Dici non potest, quantum labore hi baiuli laborant in paralytico hoc Redemptori offrendo: testum concidunt, allorum domum denudant, turbarum compressionem sustinent. Hem quanti constar pastori ac præsuli unica oculata, antequam ad creatorē Deum adducatur; quātū stererūt oves Labani Iacob? adeo ut somnus ab eius fugeret oculis, &

sexcentas subiret molestias & difficultates. Quanto sudore laboreq; constitit vnica ouis Dani di Pastor, cum taucibus leonis & vrsi, quo vitam ei conseruaret, eam violenter eripuit, vt de se ipse dicat, *Veniebat leo vel ursus, & tollebat artem de medio gregis, & persequebat eos & percutiebam, truebamq; de ore eorum.*

Quantum faceffitis negotii, quanto sudore constatis pastoribus vestris, o paralyticis, o peccatores? Quarás Moyses subiit molestias, quo difficultates expertus est, quo populum illum refractarium & rebellem Deo conciliaret: Quantopere laborauit pius ille Samaritanus, vt viatori saucio qui in deserto Ierichuntino in latronum manus inciderat, sanitatem redderet? Tanto animarum zelo earumq; lucrifaciendarum, & in viam salutis reducendarum desiderio tenebatur Paulus, vt anathema esse vellet profanis tribus suis. Ita namque Romanis scribit Optani anathema esse, à Christo profratribus Rom. 10. meu. Id est, vltro meipsum gloria, quam in Christi praesentia, spoliaui, quo fratres meos Christo lucifacerem.

Atque hinc fortasse Dominus Apostolos Apostoli similes esse dixit, minutum frangitur, vt cursali comedentibus palatum excuat, & condimentum cibis afferat. Dicitur Pelicanus &c. pullos sanguine alere proprio, vitamque illis vltro impendere: ita pastoris seduli & zelosi est, magno erga oves suas amore & zelo affici, & baiulos hosce imitari, qui non mediocrem subeunt molestiam, antequam C H R I S T O paralyticum hunc repreäsentent.

Et ecce offerebant ei paralyticum. Si labor Pastores & molestia magna, eorum profecto caritas fideles Personam longe maior cum salutis proximi causa nullicano si-lum laborem aut molestiam subresfogiant; miles. lectum simul & argum deferunt, cum vero per ostium eundem Saluatori offerre non possent, domus fastigium concidunt, è quo illius funibus dimissum ante pedes Iesu Christi sistant. Vehemens sane flamma, ingens amor, ardens caritas, insigne quoque mysterium & simul stimulus, vt mundi calamitates & mala deploremus. Si quis enim ad virtutem aspirat, & sanctum

desiderium concipit, nemo adeat, qui adiuver, qui deferat, qui auxilierur, qui animam addat: at si in alteram vergar partem & vitiorum studio teneatur, sexcenti opem pollicentur, at nemo est qui auxilium spondeat.

R. Reg. 20. Quamprimum ut Seba, vir ad seditiones concitandas idoneus & nouarum rerum studiosus, tumultum excitare coepit, & populum commouere dicens: *Non est nobis pars in Dauid, neque hereditas in filio Ioseph;* omnes eum quamprimum secuti sunt, concitationem laudarunt, & datis sibi mucro dextris, aduersus regem, coacto exercitu insurrexerunt. *Et separatus est omnis Israël à Dauid;* secutus est Seba filium Bochri. Impii scilicet mille fautores & auxiliatores, qui partes suas sequantur, inueniunt, bonos vero & cordatos nulli omnino sequuntur, sed deserunt omnes.

Abimelech cum Israelitis praefecturam ambiret, & omnibus artibus ad eandem conaretur ascendere, inopes quamprimum & vagabundi, ac rerum inopia pressi, & imprimis Sichimitæ, in eius nomen iurauere, illiusque partes secuti sunt: *Qui conduxit ex eo viros inopes ac ruragines secutus est eum.*

E qua historia colligere licet, cum coniuratio quædam inita est, & nefarii quoddam consilium concipitur, improbos & sceleratos quamprimum & lingua & manu auxilium spondere, ac re ipsa afferre, & rebellem velut ducem sequi.

Adonias cum paternum inuadere regnum patre etiamnum viuo, præter fas & nefas statuister, summus Sacerdos Abiathar, & militia. Praefectus Ioab, illi sacramentum præstitere, & plerique è regni principibus in illius nomen iurarunt: *Et seruus eius cum Ioab filio sarcina, & cum Abiathar Sacerdote, qui adiunabant partes Adonias.* Hinc eruo, si quis Deo, sanctis, Ecclesiæ bellum moueat omnes in illius verba iurare, virtus amplecti: at qui virtutem docent & pœnitentiam, qui ad cultum diuinum & ad præceptorum Dei obseruationem, extimulant, derelinquentur, & vix ullum reperire est, qui eorum patrocinium, partes & curam suscipiat.

Omnis improbis huius.

Absalom ambitione tumens & regnandi audius, cum aduersus patrem inturret, & exercitum in aciem produceret, *toto 2. Reg. 15. corde uniuersus Israël secutus est eum.* Cum 2. Ejd. 4. vero templi Ierosolymitani ruinæ post captiuitatem Babyloniam restaurarentur, omnes circumquaque vicini obstitere. Quibus etiam designatum arbitror, impios dum quod nouum consilium agitant, mille quamprimum socios & sceleris administratos, luasores, laudatoresque reperi: prius vero, dum quod vitæ melioris propositum conceperé, & consuetudinem honestam inducere satagent, omnes omnino mortales impedimentum obiicere, & molimina interrumpere. Quare ut & prius dicere memini, omnes virtus obsecundarunt, & celestis stipulantur; virtuti & viris honestis hominum nullus; ut è præsenti Euangeli reditum manifestum, in quo minus sanitas reddatur, impediunt, cum locum date baiulis recusent.

Et ecce offerebant ei paralyticum. Ecquas subeunt, Deus bone, homines molestias, quo corpus sanitati reddatur, ut vero anima solpes & integra sit, nullam penitus: Naaman Syrus, difficile ac molesto suscepit 4. Reg. 5. itinere, nullis parcit laboribus ac sumptibus, quo à lepra mundetur, & de anima leprone hilum sollicitus est. Id ipsum in sæculi huius hominibus dep'orandum, qui nescio quid non agitant, & omnem lapidem mouent, quo corpus conferuent, anima vñ falsa sit, vix pedem loco mouent. Videte vthi: baiuli de corporali paralyse pellenda laborent, de peccatis animam insufficientibus ne cogitent quidem.

Et efferebant ei Paralyticum. Non possum quin corum caritatem, benignitatemque demirer, quam econtra in domesticis Job. requireo, quorum nullus viro sanctissimo æruminis latiato opem vel auxilium tulit, adeo ut conquestus ipse dicat, *Frater fui a fratribus 10. corum, & socius fruthionum;* tacite enim lob cur corum crudelitatem, & verborum venena, socios dritam fraudulentiam sug'illans. Dracones por. conibus ro vocat, quod sicut dracones ardeti suo spiritu aërem inficiunt, & in ignem conuertunt (vnde illos ignem cuomere, & fauicib. flammas.

mas eiaculari commenti sunt poetæ) ita amici verbis quæ ore proferrent, quæ non nisi blasphemæ, iniuriae & calumniæ plena erant, animum illi & viscera adurebant, præfertim cum efficere contenderent ob tacita eum peccata aliquæ incognita tantis eum à Deo flagellis corripi, atque illa ipsa esse, quæ iram diuinam accenderent.

V. Ut autem feritatem illorum & rabiem ostendat, inter struthiones se viuere deplo rat: tanta siquidem struthionis feritas est, ut quantumvis naturali quadam stomachi calore, terram, ferrum, chalyba & petras durissimas concoquat, in pullos tamen crudelis sit ut quæ maxime: Ovis siquidem plumoso corpore ceterarum avium modo, quo eadem ab astuantissimo Africæ sole defendat, non incubat, sed solo intuitu eadem excludit. Vnde efficere volebat Prophetæ: Tanta amicorum meorum in me existit crudelitas & inhumanitas, ut cum me calamitatibus oppresum, & tantum non examinatum cerneret, nullam mihi operem tu' erit, in to ne plumanus ad corpus tegendum dederint, sed solo intuitu mihi couati sint succurrere, & miserari meam coram intueri. At maior procudubio caritas fuit amicorum paralytici huius, cum ipsi suis eum humeris ad Christum ferre non grauentur, & coram offerre.

Magna si- caritas, at non minor fides, cum illius intui- des eorum tu Christus eum sanitati pristinæ restituat, qui para- tamen Euangelista: *Videntes fidem illorum,* équo elicere poterimus, fidem alienam pa- ralytico ad corporis simul & animæ salutem plurimum contulisse, atq; huc trahere possumus illum symboli articulum, *Credo sancto- rum communionem, & remissionem peccatorum.*

Magna siquidem inter nos & Christum communio est; & quidem talis, qualis inter corpus & caput. Nos enim omnes pretiosi illius sanguinis, meritorum passionis, Sacra- mentorum, Euangelij, doctrinæ, exemplorum, mortis denique illius simul & vitæ par- ticipamus. Hugo gloriat omnium Chri- stianorum nomine Apostolus, *Fidelis Deus;* per quem vocati i' s'lo in societatem filij eius Iesu Christi, Domini nostri.

Deinde vero prætei hanc bonorum meritorumque societatem & communionem, est & alia quædam inter nos & sanctos in cœlum admissos, militantem inquam & triumphantem Ecclesiam. Omnes enim cœlitæ pro nobis indies apud Deum clementissi- mun intercedunt. Quam ecclesiæ com- munionem cum David rex consideraret, Deum glorificans ac laudans aiebat, parti- Psal. 18: cept' ego sum omnium timentium te. Ioannes- etiam in Apocal. vidisse se ait, viginti qua- tor seniores, qui se coram agno prosternen- do, habebant singuli citharas & phialas aureas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes san- torum.

Cum igitur sancti precibus & orationi- bus opus non habeant, efficitur preces illas & orationes quas effundunt, in nostrum emolumenatum cedere, & sepius etiam igno- rantibus prodebet. Nemo autem dubitet, cum baiulorum horum fides etiam paraly- tico profuerit, *Videntes fidem illorum.* Scio hæreticos, nouos illi s' Euagelii interpretato- res hocce loco abuti, & hoc ipso astruere co- nati fidei soli iustificationem adscribendam non vero operibus, atque ita consequenter per solam fidem peccata dimitti. Non ait, inquit, Euagelista, *Videntes opera illo- rum,* vel laborem & molestiam inferendo, hoc loco in funibus demittendo, & coram pedibus abutun- **C H R I S T I** collocando exhaustam; sed tur- videntes fidem illorum, quod aliis etiam locis infinitis stabilire & consummate gestiunt, vt illo imprimis, qui infra sequitur, Con- Marc. 5: fidofilia, fidis tua te saluam fecit; &, Noli ti- Luc. 17. mere, credentium, & salua eris; &, Surge & Luc. 18: vade, quia fides tua te saluam fecit; & cœco ait Christus: *Réspice, fides tua te saluum fecit;* & aliis plurimis. Quibus respondeo, vt Prima iu- Catholici hoc loco respondere solent, non stificatio- inficiari nos, primam iustificationem, de sine ope- quia in locis iam allegatis est mentio, sine ribus per- operibus fieri, attamen hinc elici non pos- agitur, se, soli fidei illam adscribendam. Itere fi- dem enim & opera interfluit caritas, quæ teste Petro, *operit multitudinem peccato- 1. Pet. 4:* rum; & de peccatrice muliere ait Dominus, *Luc. 7:* Remittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum.

Q. q. 3. Cum

Cum igitur fide peccata remitti audis nulla caritatis mentione facta, credas etiam oportet; ex aliis locis, per caritatem illa dimitti, ubi vero non fidei, sed solius dilectionis est mentio, per fidem etiam dimitti, & quemadmodum e locis illis, in quibus nulla fit mentio, colligi non potest, per solam caritatem sine fide peccata remitti, ita ex illis, in quibus caritatis non meminit Euangelista, non inferri, solam fidem iustificare.

Nam sicut caritas sine fide esse nequit, nec sine caritate vivere potest fides: fidei tamen prius quam caritatis in iustificatione fit mentio, non quod hac nobilior sit auctor, sed quod in ordine virtutum prima sit. Secundo, Nouantes hi triplicem docent haberi posse fidem, historicam, qua credimus omnia, quæ dixit Deus esse verissima; alteram miraculorum, qua credimus, nihil omnino esse quin efficere queat Deus, postremam fidem Christianam, atq; hanc iustificatorem, qua credimus, meritis Christi peccata nobis condonari. Addunt insuper noui hi Euangeli, triplicem hanc fidem, per omnia tribus, quæ in Deo reperiuntur attributis respondere; historicam scilicet veritati, miraculorum, potentia; iustificantem vero, bonitatem: ac sola hac postrema iustificari nos posse. Sed cœcurunt hic & callicant, atque adeo omnibus fatuitatem & ignorantiam suam aperiunt: in omnibus enim locis quæ allegant, quæque ad rei quam efficere & probare conantur, euidētiam sperare credunt, nulla fidei iustificantis mentio. *Videns Iesus fidem illorum.* Ecquam fidem? fidem haud dubie miraculorum, qua credebant Christum paralyticō sanitatem restituere posse; non vero iustificantem, quam ne loquendo quidem cogitauit: cum nunquam audirent, imo Christus nondum dixisset, hominum se redimendorum causa mortem debere opperere. Ait Hæmorhoissæ Dominus: *Vade, fides tua te saluam fecit.* Ecquæ fides? ipsa etiam miraculorum, quæ mora dixerat intra se: *Sit etigerot tantum simbriam vestimente eius, salua ero.*

Car igitur tot loca coaceruant, quibus probent, solam fidem iustificare? cum ē nul-

lo horum id colligi queat, & in nullo fidei, quam iustificationis causam esse credant, mentio vel minima fiat? At euidentius eo Hæretorum impudentia & cæcitas appetet cum non conuictricē vel potius videre recusant, in omnibus locis supra productis, de fide sua iustificante sermonem esse non posse, quamvis taliter fortasse de fide qui circa miracula versatur, non agatur: quod in horum plerisque alienæ & non propria fidei mentio fiat, ut hic eorum qui paralyticum tulerant. Adulteri enim, iuxta illos, fide aliena iustificari nequeunt, sed propria; quoniam, inquit, iustificamur, quod iustitiam Christi metuamus, metuendo autem nostram illam facimus, cum vero nostra est, iustificati iam sumus; id est, iustitia Dei circumdat & vestit, eoram Deo iusti habemur & sumus.

Quænam igitur vefania, cum sola fides propria iustificat, locis his probare conati sola fide nos iustificari, in quibus non de fide propria, sed aliena, non de iustificantे, sed de illa quæ circa miracula versatur, agitur. Tempus iam est: vt de miraculo nostro loquamur, quod materia reliquum erat.

Christus igitur videns Paralyticum iam coram simulque illius & baiulorum fide perfecta, magna cum modestia ait, *Confide fili, remittuntur tibi peccata tua.* O miracula, o paradoxa! Agnus patrem se facit laporum, virtus ipsa vitio blanditur, Deus peccatores filios vocat, medicus peccata remittit, iudex reos consolatur, Meſſias morbos sanat. *Confide fili.* fidem imprimit ei commendat, sine illa enim peccato salutem remissio fieri nequit, sed illa imprimit necesse est filium vocat, animum ei ut ria addat, & de recuperanda sanitate certum quadammodo reddat, simulque spem suggerat cum filii nomen audit, fore se aliquando omnium bonorum ac meritorum illius hæredem, nam, vt bene argumentatur Apostolus: *Si filij, ergo & hæredes.* felix igitur filius, talem qui nauctus fuerit patrem. Sed paralyticum iam adibo & quis qualisve sit indagabo. Eminus me conspicatus Palladius, inuit & exclamat, genus humanum esse, cui Adæ peccatum paralyticum

Triplex
hæreticis
fides.

Matt. 9.

la Matth. paralyсин attulit, dum potentia & facultates eius rationis iugum excusere, & obsequi detrectantes; dominum affectarunt, grauissima paralysi excruciatæ. Hunc dilgebant omnes iusti, qui ante Messiae aduentum in mundo vixerunt, qui ardenteribus votis ac precibus salutem illius quotidie a Deo postularunt.

*Paralyti-
cos hic
peccatoris
typus.* Equidem post tantum doctorem, quantum e vultu illius & agendi consuetudine colligere quo, peccatoris eum imaginem gerere dico; atque huius occasione altero paralysi quondam spirituali esse, cuius ut naturam sciatis, è corporali paralysi, facile eamdem perspicere poteritis.

Nam quemadmodum ex hepate venæ sanguine turgida, è corde vero arteriæ dimanant; ita nerui è capite, per quos currunt spiritus, quos medici animales vocant, qui per totum dispersi corpus, motum simul & sensum causantur. Si vero temperatus & praus quidam humor subintroeat interdum, & meatus obturet, tunc membra omoia occulis vitalibus spiritibus, mori penitus defituuntur, & paralytica sunt; hinc est quod paralyticus mortuo sit similis, mortuus siquidem lecto affixus omnium membrorum viu & exercitio penitus priuatus est.

*Peccatum
anima pa-
ralysi ad-
fuit.* Porro idem penitus efficit in anima peccatum. Cum enim duæ & quidem penitus inter se contraria & discrepantes in homine qualitates reperiuntur, brutalis altera, & altera angelica; à Deo ipse condicis est, ut superiorum animæ partem, qua intellexū, memoriam, & voluntatem continet, ad diuinam & cœlestia sustolleret.

Sed peccatum ita eadem facultates inficit & corruptit, ut paralyticorum instar, sensu & motu erga cœlestia destitutæ, cupiditatum & deideriorum cœlestium gravibus affixa iaceant.

1 Reg. 18. Incolæ labes Gabaad cum se à Rege Ammonitarum obsidione premi cernerent, pacem ab eodem missis legatis postulaunt. *Habent nos servatores,* & *seruimus tibi.* Sed pro infausta ille crudelitate respondit, in hoc fennam vobis sum fidius, & feruam omnium vestrum oculos dexteros.

Idem omnino fœdus cum impis iniisse. Duos howeveretur inferorum tyranus Satan. Cum e-mo spiri- nūm spiritualis homo binos habeat oculos, unus ha- dextrum, scilicet, quo cœlestia & diuinabat oculu- contemplatur; & sinistrum quo in terrenalos: uno ac mundana collimat; ita scelestus ille car-cœlum al- naliū & mundanarum naturam peruerit, etero terrā & commutat, vt cum in rebus terrenis vi-cōtempla- dendis perspicacissimi sint, in cœlestium:ur. contemplatione penitus cœcutiant, & tal- pis cœciores sint. Atque hic animarum paralysis oritur, quæ hominem mortuum reddit, & omni sensu erga diuina pri- uat.

Vera autem eorumdem iuuandorum ra- tio ipsa est peccatorum remissio, quam hic, vt videtis Christus paralytico concedit, Remittuntur ibi, &c. Quærat non imme- Morbi sze- rito aliquis, cur Dominus peccata dimittat, pes sunt pec- eorum veniam non petenti, sed unicamatorum corporis salutem & hospitatem quærenti, effecta & Sanctus Hieronymus, Euthymius, & Theo supplicia. phylactus respondent uanimiter, mor Homil 30. bum forsan & paralysi peccatis illius im- putari debuisse, & ab illis originem duxisse; quapropter prius eadem delere voluit; quam morbum curare. Probabile quoque est, quod ait Chrysostomus, Christum scilicet scribis, calumniandi carpendumque occasionem dare voluisse, vt eadem ratione euidens diuinitatis suæ ederet argumentum, è calunnia eorum procusum, forsan etiam, vt ostenderet, quidam in primis paralytico quærendum esset.

Dixerat quippe alias, Querite primum re- Matth. & gnum Dei, & iustitiam eius, & hac omnia adiacentur vobis: id est, animæ vestræ salu- tem rebus corporalibus præponite, & quid- quid ad vitam & corpus necessarium fuerit, abunde vobis suppeditabitur. Iam ve- ro ait, Remittuntur ibi peccata tua. Et sane saepius in facris literis legimus peccata mor- borum originem esse. An non enim ait, Peccata increpat quoque per dolorim in lectulo, & om-morbo ū- nta sua eius marcescere facit. Quin & Eze-causa se- chias rex à grauis morbi periculo libera-pefunt. tus, Deo gratias agebat, quod ob peccato- morbo se affixisset, Tu autem oruisti a me. &c. &c.

*mam meam ut non periret , proieciisti post ter-
gum tuum omnia peccata mea, quæ morbi mei
causa & origo fuerant.*

Igitur summus hic medicus hanc medita-
tionem à peccatorum remissione orditur,
velut ab origine & fonte totius mali, scit e-
nim sine delictorum remissione morbidum
sanitatem tam prodigiose & miraculose re-
cuperare non posse, imo ne mereri quidem.
*Anno meministis, alteri olim paralytico di-
ctum esse? Iam amplius noli peccare, ne deterius
tibi contingat: ostendere satagens peccata pa-
ralysis illius causam esse hic vero ait: Remit-
tuntur tibi peccata tua.*

Ioann. 5.
Deus plus
concedit
quam peti-
abillo pos-
set.

Egregia hic bonitas & admirabilis clemé-
tia elucet. nam cum paralyticus hic non pec-
catorum remissionem , sed sospitatem cor-
poris peteret, tanta Domini erga illum libe-
ralitas exstirrit, vt non minus hanc quam il-
lam concederet; quin & hæc illius agendi est
ratio, vt plura semper clariatur, quam for-
tasse ab eo petere possumus; est enim ille in
dando profusior, quam in petendo nos audaciorens. Quod variis è sacris litteris exem-
plis confirmare poterimus. Orat Abraham,
Iacob sospes vt sibi conserueretur; conseruat
Deus, neuc hoc fecisse contentus, è legitimo
coniugio filium Isaac nomine etiam supereo-
rogat Salomon solam petit sapientiam, ad-
dit diuitias. Veniam peccatorum dumta-
xit postulat Manasses, & amissum ei reddit
diadema & regnum. Ezechias morbi Jeua-
men postulat, & quindecim annos addidit
vita. Hinc merito canit Ecclesia: *Deus qui
merita supplcum exaudis & vota: tua scilicet
largitas abundantior, quam postulationes
nostræ audaces. Idem tangit & ad Ephesios
scribens Apostolus: potens est Deus facere su-
pra id quod petimus aut intelligimus. Ecce
rei periculum & experientiam: paralyti-
cus enim non nisi sanitatem postulat, & ec-
ce simul peccatorum remissionem obti-
net.*

VII. *Egregia profecto fuit illa consideratio,
at non minus laudanda est, quam iam pro-
ducimus: si icilicet triplicem remittendo-
rum peccatorum potestatem, quæ clavis
regni cœlestis est: prima clavis est potentia
& autoritatis, atque hæc ad solum Deum*

spectat; solus siquidem ipse auctoritate pro-
pria peccata remittit, peccatores in gratiam
recipit, qui absuram ac plenam potestatem
ad peccata condonanda nactus est. *Quam Psal. 50.
obrem David peccatis onustus Deo suppli-
cabat: Auerte faciem tuam a: ecclesiis meis, &
omnes iniurias meas dele. Est enim clavis
excellentiæ, atque hæc ad Christum spectat, remitte-
in quantum homo est. Christus enim in
quantum carne vestitus, & solus peccatis
satisfacit, & salutis nostræ pretium perfol-
uit; potestatem quamdam & singularem &
excellentem habet, eo quod Agnus Dei est,
qui auferit & delet peccata mundi. Vnde
Ioannes Zacharia filius, hoc illum nomi-
ne appellauit: *Agnus Dei qui tollit peccata
mundi.**

Est deniq; clavis ministerii, quam sacer-
dos Dei & Ecclesiæ minister gestat, quam
suis Dominus in Euangelio dedit: *Quorum Ioan. 20.
remiseritis peccata remittuntur eis. Quapropter
bene, iudicio meo, obseruat August.
Lazarum ad vitam reuocatum ab Apostolis
esse deligitum, & iustis exemptum & solu-
tum, vt ita re ipsa ostenderet, peccatorum
dissoluerendum potestatem sacerdotibus es-
se concessam, iuxta patentes illas apertissi-
mas: *Quacunque solueritis super terram, & Ioan. 11.
runt soluta & in cœla. Christus igitur per
excellentiam peccatorum remittendorum
potestatem possidet, cum paralytico dicat,
Remittuntur tibi peccata tua.**

Notandum hic etiam est, Christum vt Triplex re-
mitteendi peccata po-
gestas. *Matt. 18.
hisce verbis triplicem clavem indicat, tripli-
ci quoque ratione diuinitatem suam ostendit:
primo Pharisæorum cogitationes de-
tengendo, cum dicit: *Vt quid cogitatis mala
in cordibus vestris? de illo namque dictum
est: scrutans corda & renes Deus. Et Iere-
mias: *Tunc sti solus cor omnium filiorum ho-
minum. Et Psalmista: Nonne Deus requireti-
sta, ipse enim nouit abscondita cordis. Deinde
in momento temporis, exterius nullo cata-
plasmate vel malagmate adhibito, paraly-
sin perianando, inque rei certitudinem di-
cendo: *Surge, tolli grabatum tuum & ambu-
la. quod nulla profecto creatura, omne licet Psal. 13.
artificium adhibeat, præstare queat. Postre-
mo peccata remittendo: est enim hoc eu-
dens****

dens diuinitatis argumentum , & sigillum quoddam maiestatis & potentiae innuit ; quod testatur Propheta dicens , *solum peccata dimittit.*

Atque haec est ratio , cur Pharisæi , qui eum ut purum & simplicem hominem spectabant , indignati sunt & stomachati , cum audiunt illum peccata dimittere , adeo ut illum quasi in Deum blasphemum suspexerint . Sed CHRISTVS eorum virulentas cogitationes dregens , ad oculum illis patet , se tam peccatorum dimittendorum , quam paralyticorum persanandorum potestatem & auctoritatem à patre accepisse , ait : *Quid est facilius dicere , Dimittuntur tibi peccata tua , an dicere , surge & ambula , quasi diceret , Quid ? anne me blasphemum & impium ducitis , quod peccata commissa dimittam ? Nequaquam viri . Sed , ut potestatem habere me , & auctoritatem ostendam , miraculo aliquo id certum faciam , atque ideo paralytico huic membrorum vsum , ut videtis , restituam , ut hinc manifestum fiat , si corporis paralyses sanare potero , eadem haud dubie ratione animæ morbos me sanare posse . Vnum quippe qui potest , poterit & aliud , nam quid est facilis dicere , dimittuntur tibi , &c.*

Peccatoris Ex hoc Iesu Christi arguento . Theologici iustificatio omnes liquide inferunt , difficultius esse ipsamundi peccatorem ad iustificationem perducere creatione quam paralyticum sanare ; & quamvis Deo difficultior . vtrumque aque facile sit , nihilominus ad rem ipsam respectu habitu , & agendi modo considerato , vnum altero videtur difficultius : Imo credit Augustinus , vnius duntaxat peccatoris iustificationem multo esse difficultiorem , quam cœli terræque creationem . Ratio autem quam affert optimæ & conuenientissima est , quod in peccatoris iustificatione aliqua habeatur contradic̄tio , nulla vero in mundi creatione ; contrarietas autem agenti difficultatem adferit , vbi vero nulla oppositio est , nec obstaculum , facilitia sunt omnia . Hinc in Physicis assertit Aristoteles , si fieri posset , ut in vacuo dari possit motus , illum in momento futurum , quod nullabi sit contrarietas & resistentia ; at in anima & peccatoris restauratione sex-

centas contrarietas reperire est , atque ideo perdifficilis . Hinc D. Thomas ait , *Maximum opus Dei esse iustificationem & remissionem peccatorum.* Tract. de

Si quis in medio cuiusdam ciuitatis casulam stramineam sine ullo cuiusquam impedimento conderet , & deinde arcem moliri vellet , & omnes eum ciues impeditarent , & opus quotidie interrumperent : an non posterius opus priori tum ob opus ipsum , tum ob contradictionem resistantium longe foret difficultius ? ita quoque difficultius est peccatorem iustificare , quam mundum condere ; primum quod gracia cœlos dignitate superet , tum vero quod in peccatore magna sit contradictione nulla vero in mundi creatione . Hinc colligere potes peccator , quam quantum graue sit Deum offendere , quanta peccati obligatus malitia , & cogitare in singulis , quæ tibi sit Deo D e s v s remittit peccatis , maiorite D e s o peccator . ratione obligatum esse , quam si toties in tui vnius gratiam nouos cœlos condenseret : respice igitur & attende , quam illi devictus , cum toties tibi delista condonavit .

Redeo igitur ad lineam , & dico Saluatoris Dominum paralytico dixisse , *Surge , tolle lectum tuum , & vade in domum tuam . Tria ecce iniungit , primum , ut surgat , ut peccati lapsum denotet , deinde ut grabatum tollat , ne cui scandalofit ; denique ut domum concedat , ne prauo aliorum contubernio corrumpatur . Surgere iubet , gratia statum indicans ; lectum collere , peccati occasiones evitandas ostendens ; domum ire , mundum fugiendum indicans , Surge è peccati foribus : Tolle lectum tuum tam diuturnæ socordie ; & vade in domum tuam , bonis operibus vincumbas . Surge piger & vectors : tolle lectum tuum adulter & fornicator ; & vade in domum tuam vagabunde , des & otio disfluens . Surge ; nam satis superque in vitiorum luto volutatus es : tolle lectum tuum ; malas consuetudines proscribendo ; & vade in domum tuam , quietem cole , & improborum fuge consortia .*

Surge , infelix ac miser ; tolle lectum tuum ; Tres insimorbide ; & vade in domum tuam ; paralytice . gnes me . Surge , peccator vera delictorum confessio- ditatio-

R r ne ; tolle

Tract. 72.
in Ioan.

Tom. 2. Pars Aestiva.

nes circa sanationē paralyticū huius.
te; tolle lectum tuum, & concute stratum vi-
tioquin vera contritione; & vade in domum
tuam, iisdem satisfactorius. Surge religiose,
qui toties in peccata prolapsum es; tolle lectum
tuum, aufer scandalū quæ dediti, & vade
in domum tuam, reuerters ad cœnobium
tuum. Surge dissolute ac lubrice sacerdos;
tolle lectum tuum, & aufer & eiice muliercu-
las; & concubinas; & vade in domum tuam,
ut precibus incumbas. Surge tu Pastor & E-
piscope, qui toties mala subditis dedisti ex-
empla, tolle lectum tuum, defere aulam & se-
cularia negotia. & vade in domum tuam, ito
ad parochiam & diœcesim tuam. Surge iu-
dex inique, & desiste ab iniuritia & auro ius
euerti noli pati; tolle lectum tuum, lucro tuo
& stipendio contentus esto; & vade in do-
mum tuam, tuis vteré, aliena non usurpas,
proximum fœnore & usurpa non exedas. Sur-
ge mulier è fundo vanitatum tuum; tolle lec-
tum tuum, fuge delicias & amorem aculi;
& vade in domum tuam, quietem dilige, ut
penitentiam agas. Surge, recta ad virtutem
contende, tolle lectum tuum, vitiorum stra-
to te corripe; & vade in domum tuam, tui-
plus cognitionem ingredere. Finei non
inuenirem, imo ad annum me paralyticus
hic detineret, si aures & fidem adhibere li-
beret.

Sed ecce abit. Vir enim finierat Salvator
verba, & ecce statim ille lecto prosilit. Stat
in pedes, abit, redit & currit aliotum homi-
num instar. Egregium profecto miraculum,
quo omnes in admirationem rapiuntur: mi-
raculum inquam, quod morbido gaudium,
populo admirationem, & Christo nomen
peperit. Nihil enim circumquaque audias,
quam iubilum & laudum canticā & gloriam,
Videntes autem turba timuerunt, & glorifica-
uerunt Deum, qui dedit potestatem talēm ho-
minibus.

Nostrum quoque est, Auditores, illum
laudare; admiraremur igitur eius potentiam,

mirabilia eius deprædicemus. Illus divini-
tatem agnoscamus, & egregium hocce mi-
raculum nobis documento sit: imitemur sc.
fidos illos baiulos qui tam sedulam nauant
operam, ut paralyticus hic salutem conse-
quatur, illorum ad initiationem ægroris sic-
curatus, salutem peccatorum procuremus,
& paralyticos Christo offeramus. Cogitemus
mundum & prætorum consortium sanctis
propositis saepe obesse ac derrimentum af-
ferre, imo impeditre quo minus ad Christum
accedere possumus, & repugna obsecere, cu
eriam turbæ hæc in causa sint, quo minus pa-
ralyticus hic Christo offerri queat. At quan-
do mundus saluti nostræ aduersoriarum, & ian-
uum occludet, qua ad Christum acceda-
mus; in altum nos lassollamus, teatrum pe-
tamus, & domorum fastigia rerum diuina-
rum contemplatione transcendamus. Pedibus
quoque illius adoluamur supplices, &
vbi a peccatorum paralysi nos liberatos vi-
derimus, surgamus, quo bona edamus ope-
ra, lectum & peccandi occasionses deserba-
mus, & in domum nostram secedamus, o-
tium & quietem consecrantes, quo debitæ ci-
gratiarum actiones perfolumus.

Atque ita ut fiat par est, summe animarum
rector. Quocheu! hodierna die morbi, dī
quot paralyticī reperiuntur; Tu illos persana
Domine, quos tibi offeremus, tibi suppliciter
ad genua procidimus, ut illis misericordiam
ostendas. Illorum igitur miserere, us
succurre, ac benignum te exhibe. Vix enim
illos sanaueris, quin statim e peccati statu
surrecturi sint, te fecuturi recti purissentes
lectos ac volupratum grabata derelicturi, &
in propriam domum concessuri, ut ibi te lau-
dando & glorificando, expectemus interim,
donec in domo illa æterna in sempiternum
te laudemus, cuius aliquando compores
nos futuros speramus, ad quam
nos conducat Pater & Fi-
lius & Spiritus San.
Etus. Amen.
(**)

DOMI.